



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1859

XXI. Markgraf Ludwig gestattet der Stadt Neu-Landsberg das Recht zur Erhebung eines Zolles von durchgehenden Waaren, am 10. Februar 1340.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55359)

XX. Markgraf Ludwig verleiht den Gebrüthern Rakow in Neu-Landsberg Gebungen in Soldin und an ihrem Wohnorte, am 6. September 1338.

Anno domini M. CCC. XXXVIII., in templin, die dominica ante Nativitatem beate virginis, contulimus et presentibus conferimus discretis viris henrico et petro, dictis Rakowe, fratribus, ciuitatis noue Landsberg ciuibus, ipsorumque veris et legitimis heredibus vna et coniuncta manu, XIII^{or} talenta denariorum Brandenburgensium cum II solidis denariorum annuorum reddituum in censu manforum ciuitatis nostre Soldin, quatuorque choros siliginis in molendino predictae ciuitatis noue Landsberg, eo iure, quo antecessores eorum a nobis tenuerunt, sine impedimento quolibet perpetuis temporibus possidendos. In cuius etc. Testes Buch, Yfeltersrider, Io. Hufener, Bombrecht, pincerna, cum ceteris fide dignis.

Aus einem Copialbuche des Geh. Staatsarchives (I. C. 4 in quarto).

XXI. Markgraf Ludwig gestattet der Stadt Neu-Landsberg das Recht zur Erhebung eines Zolles von durchgehenden Waaren, am 10. Februar 1340.

Lvdouicus etc. Prudentibus viris etc. Ob ampliacionem rerum, commoditatum et honorum vestrorum, quibus meritorum vestrorum commendabilium consideratione sollicita mente nitimur intendere, vobis, successoribus vestris hanc prerogatiuam siue gratiam decreuimus facere singularem, videlicet, quod a mercimoniis quibuslibet et quibuscunque per aquam descendentibus medietatem thelonei, quod quidem integraliter in castro nostro Zantach recipi consuetum est, in antea sine prohibitione qualibet perpetuis temporibus recipere valeatis, Lignis ad edificia et ad structuras domorum valentibus, que tamen theloneum plenum et integrum soluere tenebuntur, duntaxat exceptis, liberam et omnimodam damus et concedimus facultatem, Supportantes singulos et vniuersos vestros conciuies corporali vobis residencia commorantes, sic quod ad huiusmodi premissi thelonei dationem siue solutionem in antea minime teneantur. Referuantes tamen nobis, heredibus et successoribus nostris medietatem omnium obuentionum et deriuacionum ex ipso euenire potentium, residuamque medietatis partem vestris, successorum vestrorum et ciuitatis vestre volumus vobis applicari. In cuius etc. Testes Guntherus comes de swarzburg, Io. de Büch, Io. Hufener, Beringerus Helo, Bonbrecht etc. Datum Berlin, feria quinta ante dominicam exurge, anno domini M^o. CCC^o. XL^o.

Aus einem Copialbuche des Geh. Staatsarchives (I. Cod. 4 in qu.).